

FRANCISCI RVEI

tañ. Optimus itaq; est qui aureis gut-
tis conspergitur. Mirum quòd lumi-
ni tam importunum scribūt quidam,
vt genuinum decorem per solas tene-
bras ostendet. Vires ei tribuunt con-
Virtutes. tra sacram auri sitim: Cordis vires re-
ficere, & oculorum imbecillitatem fi-
nire creditur.

De Amethysto. Cap. XI.

PRæcipua inter violaceas Gem-
mas Amethysto laus & autoritas:
eius autem plura enumerantur fasti-
gia. Porrò Indicæ supremam sibi ven-
dicarunt maiestatem: Post has verò
Arabica, Armeniaca, Aegyptia & q̄
Delineatio in Galatia reperiuntur. Infimæ omniū
quæ in Thalo aut Cypro gignuntur.
Singulae tamē violas vtcunq; referūt,
fulgent quoq;, sculpturae vt si quæ a-
liae faciles. Absolutissimam purpurā
Probatio. Indicæ repræsentant: inter quas ea q̄-
dem præcellunt quæ veluti ex carbū-
culo irradiātis in murice rosei cuius-
dam nitoris iucūdam anhelationem
effun-